à primeua sui Institutione est prescriptus et due persone Societatis Iesu videlicet Regens Seminarij et magister.

Convertuntur hae pecuniae in singulorum victum qui talis est, qualis Patrum Societatis in Collegio et Amictum, qui est à vertice ad calcem; Sunt autem haec pallium, Sotanna inferiora, tibialia, calcei, indusia, pileus subductus galerus pelliceus, manicae, strophiola, Collaria, Sacci linei, lectisternia, mantilia Lotrix ad insuper insarta, tecta; familiam suppellectilem, Sacelli, Refectorij, Culinae, Brasatorij, Cellarij, Ligna, Candelas, papyrum thesis, medicinas, doctorem, Chirurgum, Viatica Sepulturas, et vestitum eorum, qui finitis studijs Presbyteri facti à Seminario discedunt.

Familia seu Servitores sunt ordinarie Cocus, Subcocus, Janitor, emptor, qui et Pistor, Braxator qui et Brasiator, et unus Auriga Sartor, sine quibus Seminarium consistere non potest. His enim expeditis, multo maiores sumptus et expensae fieri deberent.

Prescriptum est ab Emis Cardinalibus Protectoribus Alumnatuum Pontificiorum Alumnatui Pontificio Vilnensi anno 1638, et rationes facti peculiariter in Urbem mittere